



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni  
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

De Iustiniani morte. Cap. XL.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12718**

Iustiniano per literas suas liberè & apertè cōtradiceret, tū perspicuè admodū, tū diserte ostēderet, diuinos apostolos, & sanctos patres cōfessos esse atq; adeo tradidisse, corpus domini internecioni obnoxiiū esse, & affectionū, quæ sunt natura in animis impressæ, quæq; reprehensione carent, particeps. Eodē modo etiā monachis Maioris & Minoris Syriæ eius de hac re sciscitantibus sententiam respondit: oēs confirmauit mentes, ad certamen ineundum præparauit: in ecclesia denique lectitauit quotidie illam Pauli, vasis electionis, sententiam: Si quis vobis Euangelizauerit, præter id quod accepistis, etiam si angelus de celo sit, anathema esto. Quibus omnes, paucis exceptis, assenti, simile studium erga fidei defensionem declararunt. Idem porrò Anastasius cum accepisset Iustinianum velle ipsum in exiliū mittere, scripsit ad Antiochenos orationē qua eorum animos in fide cōfirmaret: quæ certe tum ob sermonis elegantiam, tum ob crebritatem sententiarum, tum ob testimoniorum à sacris literis petitorum frequentiam, tum deniq; ob historiam, quæ tam commode in ea narrata est, optimo iure sanè permagnificanda est.

Gal. I.

λόγος

σωτακ

τήριος.

## De Iustiniani morte. Cap. XL.

**V**erūm Iustiniani edictum diuina prouidentia, qua melius nobis prospectum fuit, minime diuulgatum est. Nam Iustinianus, qui Anastasio, & suis sacerdotibus exilium indixerat, ex improviso percussus, cum triginta octo annos integros, & menses octo regnasset, ex luce migravit.

## QUARTI LIBRI FINIS.

Pp

EVAGRII